Illustris Rector.

Peruenerunt ad Sanctitatem suam quædam propositiones quas mitto cum his litteris per Didacum Peredo fratrem Ordinis Dominicani Abulæ in eiusdem ordinis monasterio ex suggestu palam enunciatæ ac disputatæ aduersus instituta et decreta Ordinis Societatis IESV a Sede Apostolica confirmata. fuit id factum Sanctitati suæ permolestum, iudicauit enim propositiones illas falsas esse ac temerarias et propterea dictum fratrem iussu Sanctitatis suæ grauissime reprehendendum et si in posterum tale quid ausus fuerit, grauissimas suæ temeritatis dabit pœnas mandauit insuper Sanctitas sua, mandauit insuper Sanctitas sua ut ad Vniuersitatem Vallisoletanam scriberem quod si forte propositiones illæ ad eius professores aut scholares iam peruenerint vel in posterum peruenient eas tanquam falsas ac temerarias reijci, nec eas legi, teneri, aut ab aliquo legi tenerive patiatur. Tu igitur cui hæc cura specialiter incumbit pro tua animi pietate ac religione diligentissime stanimqj curabis ut ad istius Vniuersitatis doctores, scholares et professores mandato summi Pontificio exactissime obediant, contrarium enim ægre ferret Sanctitas sua. Vale datum Madritij 7. idus Maij 1584.

Dominationis tuæ Illmæ

Deuotissim.

L. Nuncius Aplicus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Propositiones desumptæ ex ijs quæ in scriptis dictauit super vota Societatis IESV frater Didacus a Peredo professor Theologiæ in dominicano conuentu Abulensi hoc anno 1584.

1 Per vota Societatis quæ fiunt post biennium simplicia nec Societas, nec superiores eius acquirunt ius supra vouentes ex vi uotorum quia Prælatis non fiunt sed Deo.

2. Nec papa confert hoc ius Societati imo nec conferre potest quia ipse non habet actionem ullam supra secularem ullum aut actiones et libertates illius.

3. Transgressor horum votorum inobediens .s. aut uxorem ducens nullam facit iniuriam Societati, nec tenetur illi ullam facere satisfactionem, quia Societas nullum habet ius supra illum, et multo minus tenentur fautores huius transgressoris sicut nec transgressor.

4. Qui emiserit hæc vota poterit si velit, quæcunqz religionem ex approbatis ingredi.

5 Etiam cum ijs qui adhuc egressi non sunt de Societate potest Epus dispensare ut licet nolint superiores uxorem licite ducant stando in iure diuino vel humano communi quia nullum tale ius hoc prohibet.

6. De priuilegio in oppositum quod habeat Societas quod .s. reseruetur ipsi .I. Pontifici dispensatio horum votorum non constat.

7 Non obstante priuilegio quod dr habere contra Apostatas, si dispensatus aliquis ab Episcopo uxorem ducat non peccaret contra virtutem religionis vel contra votum, sed contra prohibitionem Pontificis, et ob id manet excomunicatus

8. Ab hac excusatione potest absolui optime per bullam Concilij totiens quotiens votum transgreditur

9. Per haec tria vota non fiunt de corpore Societatis, patet quia votum faciunt de ingrediendo Societatem item quia per ea non habent vocem in electionibus.

10. His votis alligati sunt saeculares vere, positi in seminarijs literarum et virtutum honestum habitum ferentes et religiosam vitam agentes.

11. Pontifex non potest conferre Superioribus Societatis facultatem irritandi vota horum religiosorum, quia Dominus eorum non est penes illos.

12. Item non potest eis conferre quod vota in saeculo facta commutentur in non solemne.

13. Sententia Summi Pontificis Greg. in motu proprio supradicta approbante, fuit tanquam doctor est particularis quomodo potest ut quis alius homo

14. Certus est condidisse legem particularem in qua condenda errare potest.

15. Narratio quae fit in hoc motu proprio continet tria manifeste falsa. 1.m quod per vota huius modi fiant de corpore Societatis. 2.m quod desinant esse novitij. 3.m quod eadem est ratio obediendi professis et non professis cum haec falsa sint. non mirum si deceptus fuerit Summus Pontifex et erraverit sicut et alij Pontifices saepe decepti sunt in exhibendis particularibus legibus

16. Supposito quod Pontifex fuerit deceptus praeceptum quod ponit ne scilicet quisque scrupulum de hoc cuique inijcere, neve illud in controversiam, dubium vel suspitionem ponere audeat, quoquo modo non habet vim obligandi, quoniam fuit involuntarium ex ignorantia causata ex falsa informatione

Propositiones fratris Didaci a Peredo ordinis Dominicani contra quarum Sum. Pontifex bullam contra in favorem Societatis latam anno anno millesimo quingentesimo octogesimo 4°. emulgavit

Ihs

70 68

r per vota societatis, quæ fiunt post biennium simplicia, neque societas neque superiores eius acquirunt jus supra vouentes ex vi votorum, quia prælatis non fiunt sed Deo, neque papa confert hoc jus societati, immo neque conferre potest. quia non habet ipse actionem vllam supra secularem vllum, aut actiones aut libertates illius.

r transgressor horum votorum inobediens s. aut vxorem ducens, nullam facit injuriam societati, neque tenetur illi vllam facere satisfactionem, quia societas nullum habet jus supra illum, et multo minus tenentur fautores hujus transgressionis, sicut neque transgressor.

r qui emiserit hæc vota, poterit si vellit quamcumque religionem ingredi ex approbatis.

r Etiam cum his qui adhuc egressi non sunt de societate potest Episcopus dispensare, ut licet nollint superiores, vxorem licite ducant stando in jure diuino vel humano communi, quia nullum tale jus prohibet id.

r de priuilegio quod in oppositum habeat societas, quo s. reseruetur ipsi .s. summo pont. dispensatio horum votorum non constat.

r non obstante priuilegio quod dicitur habere contra Apostatas, si dispensatus aliquis ab Episcopo vxorem duceret non peccaret, contra virtutem religionis .s. contra votum, sed contra prohibitionem pontificis, et ob id manet excommunicatus

r ab hac excommunicatione potest absolui optime per bullam cruciatæ toties quoties votum transgreditur.

r per hæc tria vota non fiunt de corpore societatis, patet, quia faciunt votum de ingrediendo societate. item quia per ea non habent vocem in electionibus.

r his votis alligati, sunt seculares vere positi in seminarijs literarum et virtutum, honestum habitum ferentes et religiose vitam agentes.

r Pontifex non potest conferre superioribus societatis facultatem irritandi vota horum religiosorum, quia dominium non est penes illos.

r Item non potest eis conferre, quod vota in seculo facta commutentur in non solemnia.

r sententia sum. pont. Greg. in motu proprio, supradicta approbantis fuit, quatenus doctor est et particularis. quomodo potest, ut quiuis alius homo errare.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

r certius est condidisse legem pontificem in qua condenda errare potest.

r Narratio quæ fit in hoc motu proprio continet tria manifeste falsa. 1.^m quod per vota hujusmodi fiunt de corpore societatis. 2.^m quod desinat esse nouitij, 3.^m quod eadem est ratio obediendi professis et non professis.

r Cum hæc falsa sint, non mirum, si deceptus fuerit sum. pont. et errauerit, sicut et alij pontifices sæpe decepti sunt in exhibendis particularibus legibus.

r supposito quod pont. fuerit deceptus, præceptum quod posuit, ne scilicet quisque scrupulum de hoc cuique injicere ne ve illum in controuersiam, dubium, vel suspicionem ponere audeat, quoquomodo non habet vim ad obligandum, quoniam fuit inuoluntarium ex ignorantia causata ex falsa informatione.

las proposiciones falsas
y hereticas.

Jhs

Rectori universitatis N. pervenerūt ad stitatem s. quaedam propositiones, quas mitto cum his literis per Didacum de peredo fratrem ordinis Dnicani, Abulae in ejusdem ordinis monasterio ex suggestu palam evulgatae: ac disputatae adversus instituta et decreta ordinis societatis jesu, a sede Aplica confirmata. fuit id factum stitati s. permolestum. judicavit n. propositiones illas esse falsas, ac temerarias, et propterea dictum fratrem jussu stitatis s. gravissime reprehendi, et si in posterum tale quid ausus fuerit, gravissimas temeritatis suae dabit poenas. mandavit insuper stitas s. ut ad universitatem N. scriberem, q si forte propositiones illae ad ejus professores aut scholares jam pervenerūt, s. in posterum pervenient, eas tanq falsas ac temerarias rejiciat, neq eas legi tenerive, aut ab aliquo legi tenerive patiatur. tu igr cui haec cura spati incumbit, pro tua animi pietate ac religione diligentissime, statim q curabis, ut omnes istius universitatis Doctores, scholares et professores mandato huic pontificio exactissime obediant. contrarium n. aegre feret stitas s. vale. datis Madriti 7. idus Maij. M.D.lxxx iiij.

las proposiciones ...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

La carta del R.mo nuntio.
cerca delas proposiciones de f. fulano
Teredo. frayle dominico